Borgia, Memorie I, 359-62 (Voigt 142)

I-16

✠ IN NOMINE DOMINI SALVATORIS NOSTRI IESV CHRISTI DEI ETERNI.

LANDOLFVS ET PANDOLFVS DIVINA ORDINANTE PROVIDENTIA LANGOBARDORVM GENTIS PRINCEPS.

CVM PRINCIPALI EXCELLENTIA PETITIONIBVS DILECTORVM SVORVM OMNIBVS IVSTE PETENTIBVS CLEMENTER FAVET.

QUaproter noverit omnium fidelium noſtrorum preſentium ſcilicet hac futurorum ſagacitas; quoniam magbenolfus abbas eccleſie ſancti johannis que conſtructa eſt ad portam auream; ſubdita noſtri ſacri palatii(1)*; noſtram adiit excellentiam ut concederemus atque firmaremus in prephata eccleſia ſancti johannis; omnia que a noſtris anteceſſoribus conceſſa atque oblata ſunt; ſeu quicquid ab univerſis dignitatibus ibidem datum & offertum eſt & tam ipſa eccleſia ſancti johannis quam & caſas & caſalinas & terras & vineas & horto & ſervos & ancillas atque omnibus rebus ſubſtantiis de eadem eccleſia pertinentibus concederemus urſi venerabili ſacerdoti qui in eadem eccleſia die noctuque ſedulum domino perſolvet officium; quatenus diebus vite ejus predicta eccleſia cum omnia ejus pertinentia in ejus eſſent poteſtatem, teniendi dominandi gubernandi regendi & fruendi nomine poſt ejus deceſſum, ſacerdos qui ibidem ordinatus fuerit eccleſiam ipſam ad regendum; eſſe in ejus poteſtatem caſas & caſalinas ipſas que in circuitu eidem eccleſie ſunt, quam & valneum*

(1) Non fu queſta la ſola Chieſa ſoggetta al ſacro palazzo Beneventano, ma ve ne furono altre molte, delle quali ci caderà in acconcio di parlare a lungo in altro luogo.

V. 142, BORGIA, Mem. I, 359-362